



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 106. Excidium Caraffis a Papa paratum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. Cosmam in Etruriæ Regem creare, ei-  
A.C. 1560. que jura, necnon Regum insignia con-  
 cedere vellet, si forte hæ nuptiæ finem  
 suum essent fortituræ: Verum ea res  
 ceteris Italiæ Principibus tantopere di-  
 splicuit, ut totum negotium penitus in  
 irritum caderet.

## §. CVI.

*Excidium Caraffis a Papa pa-  
ratum.*

*Thuan. l. c.* Equidem Papa inito Pontificatu sese  
*Spond. hoc* benevolam exhibebat Caraffis, qui  
*ann. n. 2.* ad ipsius electionem haud parum con-  
*Onuphr. in* ferebant: ut vero suam simulationem  
*vita Pii IV.* melius tegeret, Fabritium Sanguineum  
 arcta necessitate cum Caraffis conjun-  
 ctum ad Philippum II. extra ordinem  
 legabat, eique, ac Terracinæ Episcopo ne-  
 gotium dabat, ut cum Rege agerent, &  
 Montorii quidem Comiti pro Palliano  
 a Varga promissam in Calabria, de qua  
 diximus, compensationem, & Cardinali  
 fratri pensionem pactam reposcerent.  
 His perceptis nec Philippus, cum no-  
 vo Pontifici gratificari cuperet, abnue-  
 bat, Tendiliæque comiti mandaverat,  
 ut juxta Pontificis desiderium Caraffis  
 satisfaceret. Insuper cum ea castella,  
 quæ interregni tempore Caraffis in Um-  
 bria, & Perusino agro ablata & a veris  
 Dominis Balnei comite, Vitelliis, & Asca-  
 nio

Sæcul. XVI.  
A. C. 1560.

nio Corneo recepta fuerant, sacri collegii interventu sequestris data essent, Antonio Caraffæ Montem-bellum restitui, & contra Vitellios quasi rebelles jure agi jusserat, quantumvis renitente Cosma, qui, ne amicis tam necessario tempore deesset, existimationis suæ interesse arbitrabatur.

§. CVII.

*Caraffæ capti, ac custodiæ dati.*

Rebus ita peractis cum famæ publicæ, qua ingrati animi calumniam incurrere timebat, abunde datum putaret Pontifex, alienum a Caraffis animum deinceps præsetulit, nec quærenti difficile erat reperire occasionem castigandi ejusmodi homines, qui Pauli IV. sui avunculi decrepiti ingenio magna cum subditorum vexatione diu abusi sunt, præcipue cum populus ob recentem criminum memoriam, & major nobilitatis pars contra ipsos vehementer exacerbata fuisset, ut supra retulimus: igitur Marcus Antonius Columna, & Julianus Cæsarinus, qui Caraffarum sævitix olim expositus erat, vehementer Papam urgebant, ut a reis promeritas pœnas fumeret; cum ergo horum precibus aliunde propensus

Thuan. l. c.

Pallav. l. 14.

c. 15. n. 5. &

seq.

fus